Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



24

Preterea signa multa cotidie fiebant in populo. Qui cum ad eum eger aut aliqua debilitate detentus uenit. sanus & incolomis redit. Nullus merens aut qualibet cruciatus gratiatus. ad illum accessit. qui non se letum & omni fasce doloris expeditum redisse miratus sit. Ipsis etiam diis. quibus magestas uera reuerentiam subditur uerbis potentibus imperat. mortuos quod e mirabile dictu resuscitat. nichilque est quod non eum posse fama confirmet. Adhec imperator respondit. Manifestissime iste homo crucicola & execrande illius supplicionis signifer esse dinoscitur. Perquirite itaque diligentius sicophanticum monstrum. inuentumque ferreis nexibus constringite. & sic illum nostris aspectibus presentate. Expedit enim illum [illegible] ut potest maleficum. a diis nostris iniurias irrogantem [illegible] sub celeritate pire. quia si diutius uixerit. multos errare faciet. & numinum ueneranda religio. in contemptum paulatim despectumque omnium incipiet deuenire. Reuera enim hoc genus hominum rebelle & blasphemum. dii nostri abhominantur & horrent. Nec dubius hec dant indicia signis. quando uiso xpi dei illoque signo indignantur. & stridentes dentibus intabescunt. nec ostendi sibi saltem aut aspicere illud patiuntur. Extemplo terentius missis appaitoribus per quem fecit. semper benignum. inuentumque eum nulla que spaniacus dicitur uerbum dei incolis predicante. Capitur itaque a ministris diaboli. ciuis celi. & crudelibus manibus attrectatur. iniuriatur. flagellis atrocissimis ceditur. sicque uinctus & catenatus aureliani aspectibus exhibetur. Quum iracundis oculis ore rabido talibus illum dictis aggredit.